

II. DÁVID FERENCSZ IRODALMI EMLÉKEI.

I.

ELEGIA,

SCRIPTA AD EXIMIVM

D. Franciscum, I. V. Doctorem, ac Vicarium Ecclesiae Albensis in Transsylvania, necnon Ecclesiae Musnarum, Dominum et Mecaenatem suum semper colendum, a Francisco Dauidis Colosuarino.

Cui praeposita est Epistola eiusdem ad insignem pietate et eruditione uirum,

Casparum Pestinum, Consilia-
rium ac Protonotarium Locum-
tenantis Regiae Maiestatis
in Vngaria. 1550.

IN SIGNI PIETATE ET DOCTRINA PRAEDITO uiro, Gaspari Pesthino, Consiliario ac Protonotario Locumtenantis Regiae Maiestatis in Hungaria. S. D.

Cum sciam te, uir humanissime, inde ab initio semper fuisse studi-
sum uerae religionis et concordiae Ecclesiarum in Transylvania, non dubito,
quin nunc in tantis aerumnis Ecclesiae semper doleas et ingemiscas. Etsi
uero uides non esse humani consilii auertere haec tanta mala, tamen te
consolaris exemplis, quae in sacris literis ostendunt Deo curae semper
fuisse Ecclesiam. Et revera ingentis misericordiae Dei est, quod conseruan-
tur reliquiae Ecclesiae in his tantis ruinis imperiorum et politiarum. Hic
enim praebet suae Ecclesiae aliqua Halcyonia, ut in mediis tempestatibus
possit propagari uerbum Dei et Sacraenta recte administrari. Ac profecto
digni sunt ii, ut euitentur tanquam pestes generis humani, qui hanc ma-
gnam et ineffabilem Dei bonitatem non agnoscant, nec Deum inuocant, nec
petunt mitigationem harum calamitatum, sed putant omnia ista casu fieri.
Nos uero in Ecclesia scimus illud Salomonis uerum esse: Cor Regis in
manu Dei est. Hic enim reprimit furores et tyrannidem Turcicam, ne peni-
tus extirpentur reliquiae Ecclesiarum. Decet itaque, nos hanc summam bo-
nitatem Dei admirari, et illi gratias agere pro his tantis beneficiis, ne Deus
propter nostram ingratitudinem verbum suum a nobis afferat, detque
illud genti facienti fructum suum.

Tu uero, uir humanissime, cum semper tua opera profueris, iis, qui-
dediti sunt doctrinae Ecclesiae Dei, precor, ut et me unum ex eorum nu-
mero agnoscas, ac mea studia, quantum in te est, apud Mecaenatem
meum promoveas. Quod reliquum est, Precor Deum aeternum, Patrem
Domini nostri Jesu Christi, qui factus est pro nobis ἵζετης καίμεσίτης,
ut semper sibi colligat Ecclesiam in his regionibus, quae eum uere inuocet
et celebret.

Franciscus Dauidis Colosuarinus tibi addictiss,

ELEGIA SCRIPTA AD EXIMIUM D. Franciscum I. V. Doctorem, ac Vicarium Ecclesiae Albensis in Transsylvania, necnon Pastorem Ecclesiae Musnarum, Dominum et Moeценатем suum semper colendum.

Littera, quam cernis, gelidis aduenit ab oris,
 Albis ubi niuei moenia montis adit.
 Illa tibi placidam fert uoce precante salutem,
 Qua nihil in uita dulcius esse potest.
 Non tibi dona damus gemmis auroque referta,
 Purpura nec Tyrio murice tincta uenit.
 Ista dabunt late qui subdita regna gubernant,
 Regia queis magnas sors cumulauit opes.
 Pectore nos humili Musarum sacra secuti,
 Possumus ingenij munera sola dare.
 Ah quoties uolui numeroso carmine facta,
 Quae geris ob patriam, rite referre tuam.
 Sed mihi difficiles ueniunt in uota camaenae,
 Destituit vires dexter Apollo meas.
 Diuitis ingenij est praestantia facta uirorum,
 In numeros digno condita ferre sono.
 At mihi nec blando Nasonis tincta lepore,
 Carmina castaliae fonte bibuntur aquae.
 Nec mihi Moeonio fas est assurgere uersu,
 Nec Latij grauitas alta Maronis inest.
 Non gignit tales natura effoeta Poetas
 Amplius, ad finem nam ruit illa suum.
 Illis tu celebrandus eras praeconibus, illos
 Addictos decuit laudibus esse tuis.
 Sed quoque pars laudis tenuem non spernere Musam,
 In tenui nostrum carmine munus erit.
 Hoc quoque, crede, tuis debetur laudibus, Heros,
 Hic certet uates, hic quoque tyro nouus.
 Ingenio quantum ualeas, et fortibus ausis,
 Vlla ne pro meritis Musa referre queat?
 Quid faciam coeptis igitur tam grandibus impar?
 Auxilium Clio num qua uocata feret?
 Ecce uoco, fer opem, causas cursusque laborum,
 Musa refer, quos hunc constat adisse uirum.
 Quis putet indignam rabiem procerumque furores,
 Materiam saeuis applicuisse malis?
 Causa mali fuerat laudum, titulique cupido,
 His facibus feruent in nova bella Duces.
 Hi Regem adduci terra uoluere Tuisca,
 Hos patrum iuuit praeposuisse genus.
 Heu quo perduxit miseros discordia ciues,
 Ista serens, passim dum furibunda ruit.
 Quid non laudis amor regnique insana cupido
 Efficit? heu quanti causa doloris erant?

Nil adeo est firmum, quod non euertere possint,
 Si modo per longas conualuere moras.
 Cuiibus optatam tandem patriaeque salutem,
 Hic tua dexteritas conspicienda tulit.
 Teutonicum regem placasti bella minantem,
 Foedera te passim constitente minas.
 Talia dum peragis subito noua bella cidentur,
 Barbarus intrepido pectore miles adest.
 Bellaque ut auertas precibus donisque uocatus,
 Mitteris ad Geticum Sauromatumque Ducem.
 Et tua quid uirtus fandoque peritia rebus
 Profuerit dubiis, exitus ipse probat.
 Atque utinam interea patriae dum jussa capessis,
 Verbaque facundo candida ab ore fluunt,
 Coram Nestoreis pauissem uocibus aures,
 Has uellem numeris inseruisse meis.
 Scilicet ut pluuijs atroque et turbine uenti,
 Omnia luctantes uertere uasta uolunt,
 Et nullae uires illis obsistere possunt,
 Ni cedant radijs lucide Phaebe tuis:
 Sic tua dum patriam certat defendere lingua,
 Funestam potuit sola fugare luem.
 Vel potius Deus et successus numina tantos,
 O heros, coeptis attribuere tuis.
 Ille pios coetus per mille pericula raptos
 Impositos humeris ceu facit esse tuis.
 Hos ut praesidio foueas tibi tanta ministrat
 Robora, successus datque referre bonos.
 Ergo sicut ouem fido a pastore reduci,
 Conuenit, amissam quam uagus error agit,
 Sic tibi commissos placida pietate tueris,
 Posit ut ex illo nemo perire grege.
 Jam quoque cum rabies populos noua concitet omnes,
 Et multi passim bella nefanda parent,
 Da requiem, da grata tuis solatia Christe,
 Ut celebrent nomen laude perenne tuum.
 Te moueat gemitus, quos pectore ducimus imo,
 In laudes petimus qui superesse tuas.
 Non secus ut quondam miseris tuus ille pepercit,
 Angelus, in causa qui gemuere pari.
 Non opis est nostrae diram depellere pestem,
 Assere uictori colla premenda jugo.
 Tu quoque prospicies tantos uir magne tumultus,
 Fata, scio, poscis, mitiget ista Deus.

Votaque pro patriae uersans, curasque salute,
 Ingrederis factis pristina facta nouis.
 Quare age perge decus patriae, perge inclita fama,
 Nomina coelestes tollere adusque domos.
 Et quos commisit tibi sors diuina clientes,
 Praesidio foelix perge fouere tuo,
 Quos inter, cujus studijs clementior adsis,
 Me quoque conserues anumeresque, precor.
 Pro quibus officijs meritas tibi reddere grates,
 Cum nequeam, toto pectore gratus ero.
 Pluribus oranti bonitas tua magna Patrona,
 Obsttit, et tacitum spe jubet esse bona.
 Adiuti te saepe inopes sensere benignum,
 Pauperibus semper janua laxa tua est.
 Denique te natum multorum credo saluti,
 Sic agis officijs optima quaeque tuis.
 Tu potes ingentes fando componere causas,
 Eloquio cedunt omnia uicta tuo.
 Tu flagras idem casto pietatis amore.
 Tu facis ut constet religionis honos.
 An non eximum decus est aluisse ministros,
 Qui doceant summi dogmata sancta Dei.
 Nil adeo magnum est, quo non praestantior iste
 Cultus erit, modo sis in statione tenax.
 Sunt mihi praeterea laudis paeconia multa,
 Quae de te merito nostra Thaleia canat.
 Sed tenues rerum succumbunt pondere uires,
 Materia haec uenae est uberioris opus.
 Jamque meus cum sole calor perit atque sacratas
 Aonidum sedes spiritus ille fugit.
 Ergo ego commendans tibi me, uir magne, clientem,
 Jam praecor, ut uiuas in mea uota diu.
 Te Pater omnipotens tantis uirtutibus auctum
 Seruet in hoc cursu praesidioque tegat.
 Florentemque opibus faciat studioque iuuandi,
 Auxiliatrices semper habere manus.

FINIS. ¹⁾

¹⁾ A magyar tudom. Akadémia könyvtárában levő 4-drét nyomtatásu egyetlen ismeretes eredetiből. A nyomtatás helye nincs kitéve. de a betük szépsége németországinak gyanitatja. Alakja 4-drét, 4 levél.

II.

Czimlap.

DIALYSIS SCRIPTI STANCARI CONTRA PRIMUM ARTICULUM SYNO-di Sze-
kiensis, qui de doctrina controuertitur, conscripta ¹⁾ Per
Franciscum Dauidis.

PSALMO. XXXI. Muta fiant labia dolosa, quae loquuntur aduersus
Justos dura, superba et contumeliosa.

A czimlap belső felén ajánlatul I2. latin vers-pár áll, ily kezdetű :
LECTORI CANDIDO.

Qvisquis es sat.

Ezután való lapon a czim ismétlésével kezdődik a mű :
Poëta Horatius sat.

Végződik az E iv E6 lapja második oldalán :
AMEN. Finis.

Az E iv E7. lapján :

IMPRESSVM CLAV-diopoli
Transyluaniae per Georgium Hoffgreuum. Anno D. M. L. V.
[A nyomtató — a mint látszik — az év két első számát fölcserélte. ²⁾]

III.

Czimlap.

RESPONSVM MINISTRORVM ECCLESIAE COLOSVARIENSIS ad scripta varia
MARTINI a CALMANCHA in Causa Coenae Domini edita COLOSVARINI. Anno
MDLVI die XXV. juli. ³⁾

¹⁾ Kis 8-drét A — E iv = 38 levél. Megvan a *Magyar Nemzeti Muzeumban*.

²⁾ Hozzá van kötve Melancthon Filepnek 1553-n írt s mint *Seivert János: Nachrichten von Siebenbürg. Gelehrten und ihrer Schriften* czímü 1785-n írt műve 62. lapján irja, Dávid Ferencz által újra nyomatott munkája: *RESPONSIO PHILIPPI MELANTHO. DE CONTROVERSIIS STANCARI. SCRIPTA. ANNO M. D. L. III. IMPRESSA ANNO M. D. L. III.*

³⁾ Archiv des Vereins für siebenbürgische Landeskunde sat. Neue Folge, zweiter B. 1857. 249. 1. Schwarz Károly itt közölt *Urvacsora* iránti értekezésében ismerteti ez iratot; hihető lássa is; én sikereskül nyomoztam könyvtárakban és tudósoknál, dr. Teutsch D. György ágost. hitv. superint. 1878. oct. 26. kelt levele szerint az ottani püspöki levéltárban sincs meg. Ki a mű szerzője? nincs tudva. Én azt hiszem, Dávid Ferencz, a ki Kálmáncsehit a nyilvános hitvitákban legyőzte s — mint ezt Haner megjegyezte — írásaira több ízben írásban válaszolt.

IV.

Czimlap:

CONSENSVS DOCTRINAE DE SACRA-mentis Christi Pastorum et Ministrorum Ecclesiarum in inferiori Pannonia, et Nationis vtriusque in tota Transyluania . . . CONSCRIPTVS ET PVBLICatus in Sancta Synodo Claudiopolitana Transyluaniae, ipsa die sanctae, indiuiduae et semper benedictae Trinitatis. Anno MDLVI.

Az egész mű 16 4-drét levél, a czimlap belső oldalán két szentirásbeli idézet, utána két lap előszó.

Praefatio. PIO ET CHRISTIANO LECTORI gratia Dei et Pacis Incrementum.

Ezután van a hat levélre terjedő hitvallás vagy a munka első fele.

CAPITA CONSENSVS DE SACRAMENTIS DOMINI.

Ezután annak három levélre terjedő második fele.

CAPITA CONSENSVS DE SACRAMENTO

Baptismatis.

Következnek a zsínaton jelenvoltak nevei:

NOMINA EORVM, QVI HVIC Confessioni, suo, et absentium fratrum praesentiumque nomine subscripserunt. *A nevezetesebbek ezek:*

Boldi Sebestyén, bélteki pap s az alsó-pannóniai eklézsiák superint. Hebler Mátyás, szebeni pap, az erdélyi szász eklézsiák superintendentense. Dávid Ferencz, kolozsvári pap, az erd. magyar eklézs. superintendentense. Heltai Gáspár, a kolozsvári eklézsia esperese [Senior.] Deretskey Mihály, kolozsvári pap.

Alesius Dénes, fenesi pap s a gyalui káptalan dékánja.

A nevek két levelet töltnek be, a dékánok kerületeik papsága nevében is aláírták. A munka végén van Kolozsvár címere koszorúban, ezen felirattal:

CLAVSENBVRG. Atol: IMPRESSVS CLAVDIOPOLI Transyluaniae in officina Georgij Hoffgreuÿ. Anno 1557. ¹⁾

V.

Czimlap.

ACTA SYNODI PASTORVM ECCLESIAE Nationis Hungaricae in Transyluania, Die Apostolorum Philippi et Jacobi. Anno MDLVIII. In Oppido Thorda celebratae.

Quibus adiunctum est iudicium inclytæ Academiae Witebergensis, de controvërsia Caenæ Domini a Clarissimo et doctissimo Viro Philippo Melanthone conscriptum, Ecclesijsque Transyluanicis transmissum.

DIE ET ANNO VT SVPRA.

¹⁾ A szerző nincs megnevezve; azonban azon körülmény, hogy a nyilvános vitákban egyik fő felelgető [Respondens] s a vitairatok írásban megczáfolyja Dávid Ferencz volt, az ellenfél az ő ékesszólása gyözte le, a szerzőségben is öt főrésznek gyanitatja. Meg van az erdélyi ágostai hitvallásuk püspöki levéltárában N.-Szebenben,

*Elől van Dávid Ferencz zsinati meghívó levele¹⁾, azután *Acta Synodi Thordensis 4½ levelen, ezután két és fél levelen:**

IVDICIVM INCLYTAE ACADEMIAE etc. [mint fenebb, eddig : transmissum.]
Anno Domini M. D. LVIII. Die XVI. Ianuarÿ. Aláirva : Philippus Melanthon,
Manu propria.

A könyv végén van :

VERBA CONFESSIONIS ECCLESiarum Saxoniarum. Ad quae D. Philippus
in superiori scripto remittit. *A másfél lapnyi Hitvallás így végződik : FINIS.*
IMPRESSVM CLAVDIOPOLL.

Transyluaniae In officina Georgÿ Hoffgreuÿ, Anno MDL VIII. ²⁾

VI.

Czimlap.

DEFENSIO ORTHODOXAE sententiae de Coena Domini Ministrorum
Ecclesiae Claudiopolitanae et reliquorum recte docentium in Ecclesiis
Transylvanicis.

Joh. VI. Caro mea vere est cibus et sangvis meus vere est potus.
Qui edit meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in
illo. Claudiopoli MDLIX. in 4-o Phylerar. 5.

*A könyv ajánló-levele : Omnibus Religionis Christianae amantibus,
cum superioris, tum inferioris status hominibus gratia et pax per Christum
multiplicetur.³⁾*

VII.

Czimlap.

Az Vrnac Vacsoraiarol Valo közenséges keresztyéni vallas. Mellyet a
keresztyéni Tanítók mind egész Magyar Országból, s mind Erdelből a Vásárhelyi
szent Sinatba tölték és kiatták. A Christus Szentegyházának építés-
sere. MDLIX. Esztendöbe. Mindszent Napian.

8-dréti számozatlan 8 levél. Végén van a megjelenés helye. Colosvarot
Nyomtattot, Heltai Gáspár Mühelyébe 1559. ⁴⁾

¹⁾ Látható : *Egyháztörténelmi emlékek*. I. Oklevelek s rokon tárgyuak IV.
szám alatt.

²⁾ Dávid Ferencz műve, meg van az erdélyi ágostai hitvallásuk püspöki
levéltárában, Nagy-Szebenben.

³⁾ Kénosi Tőzsér Jánosnak az Unitáriusok nyomdáiról irt s gyűjteményben is meglevő nem lapszámoszt kézirati művéből. Ő a mult század
utófelében még látta, de ma sehol föl nem található, legalább nekem nem
volt az. Dr. Teutsch D. György ágost. hitvallásu superintendentens 1878. octob.
26. hozzá irt levele szerint a reformatiora vonatkozóban leggazdagabb
ottani püspöki levéltárban sincs meg. Sinai Miklós debreczeni hires reformá-
tus tanár, püspök és tudós még 1766-n szintén nyomozódott e könyv után,
jan. 20-n Bod Péterhez irt levelében, de nincs nyoma, hogy feltalálta. [Révész
Imre, Magyar Protestáns Egyh. és Iskolai Figyelmező, 1872-ki I.-II. füz.
51-52. ll.]

⁴⁾ Nem levén ismeretes eddig elé ez évről más — főleg pedig a nagy-

VIII.

MODVS CONCORDIAE¹⁾**Dávid Ferencz és a vele tartók egyességi javaslata.**

Primum Scriptum Sacramentariorum, quod intitularunt: „Modus Concordiae“ nostris²⁾ exhibitum X. Aprilis.

Gratia vobis et pax a Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo. Fratres in Christo dilecti!

Cum Filius Dei Dnus noster Jesus Christus paulo ante supremum agonem, quem jamjam obiturus erat, suas ad aeternum Patrem preces pro salute Ecclesiae suae effunderet, nihil majus, nec melius, quod peteret, habebat, quam ut omnes unum in ipso et patre essemus. Quam quidem precationem, quia certo confidimus non fuisse nec esse irritam [est enim hic summus noster Pontifex, ut testatur Epistola ad Hebraeos, exauditus pro reverentia], ideo sperare non desinimus fore, ut tandem nostri misertus Dominus statuat inter nos veram et solidam concordiam. Ei vero spei non parum attulit momentum Serenissimi et Clementissimi nostri Principis pietas, divinitus hoc tempore excitata, qua verbum Dei et Ecclesiae curam adeo suscipit, ut nihil prius sibi faciendum proponat, quod, ut quantum in se est, pax et concordia salutaris in veritate constituatur. Itaque cum hanc longe magis necessariam esse Ecclesiae agnoscat, quam sinistra manus est dextera; ideo etiam pro Regia autoritate mandat et vult, ut deposito omni contentionis studio, veritas utrinque quaeratur. Neque est haec Principis nostri Serenissimi voluntas a divino mandato aliena. Quare cum ita sit, merito ejus Serenissimae Majestati obedientiam praestare debemus et tene- mur. Cum autem nobis Decreto Regio eo, quod nos ut rei accusaremur, injunctum esset, ut primi actionem inchoaremus, et quidem placide et moderate, visum est non abs re fore, si ante omnia formulam ineundae concordiae proponeremus vobis: Jam igitur offerimus, et quidem non nunc primum a nobis inventam, sed a εὐδιδαη τοῖς Ecclesiae Doctoribus ante nos propo- sitam, quibus semper magnopere curae fuit, ut hae tristes discordiae, tandem inter docentes in Ecclesia, secundum verbi divini praescriptum sopitae componerentur. Et obtestamur vos per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut hanc nostram voluntatem synceram et candidam agnoscatis et propter gloriam filii Dei et Ecclesiae sanctae aedificationem rem totam ordine ac diligenter perpendatis, si possitis paululum affectibus humano praejudicio

váradi — hitvallás, hihetőnek látszik, hogy Dávid F. DEFENSIO ezimű művét ennek védelmére irta; ez esetben ennek alkotásában is fő-fő részes. Megvan a m. nemz. Muzeumban.

¹⁾ Az 1564-ki enyedi országos zsinatnak az Oklevelek VII. száma alatt ismertetett irataiból.

²⁾ Ez és hátrább is előforduló néhány hely mutatja, hogy e zsinati vitairatokat ágost. hitvallású állította össze és tartotta fenn.

praeoccupatis, ac tandem ex norma doctrinae propheticae et Apostolicae respondeatis, prout hujus sancti conventus, et ratio temporis postulat.

Initio vero testamur *odiosum illud nomen Sacramentariorum*, quod studio et fervore contentionis, nondum examinatis hujus controversiae solidis fundamentis, in Ecclesiam invectum est, ad nos minime pertinere. Nam ut possint hoc nomine illi traduci, qui nuda tantum et vacua in Sacrementis signa ponunt, eaque tesseras solum et notas externae Societatis esse asseverant, Ita cum nos constanter doceamus et affirmemus Sacraenta esse testimonia et tesseras gratiae Dei erga nos, et promissionum certissima sigilla, quae fidem nostram melius confirmant, nullo jure hoc nomine infamari, nec possumus, nec debemus. Haec enim cum asserimus, duplicum usum Sacramenti esse docemus: Primum, ut coram Deo sustineant conscientias, deinde, ut coram mundo pietatem testentur, quod nec vos quidem negare arbitramur, sicut nec ea, quae sequentur.

Affirmamus enim ad haec: Deum sicut verax est et fidelis, ita arcana Spiritus sui virtute praestare, quod externis signis figurat; ideoque ex parte ipsius Dei non proponi vacua signa, sed veritati efficaciam simul conjunctam esse. Rursus non esse inclusam Spiritus gratiam aut virtutem externis signis, quia nec aequaliter, nec promiscue omnibus prosunt, nec effectus etiam eodem modo appetit: sed Deum libere, prout sibi visum est, uti Sacramentis, ut electis adminiculo sint ad salutem, aliis nihil conferant, adeoque cedant in exitium. Denique Sacraenta nihil prodesse, nisi fide recipiantur, quae singulare est donum Spiritus, nec a terrenis elementis pendent, sed a coelesti ejusdem Spiritus operatione, tantum externa adminicula pro infirmitate captus nostri adjungi.

Quod ad sacram Christi Coenam peculiariter spectat, quod convenit sub Symbolis panis et vini, proponi corporis et sanguinis Christi communionem, neque simpliciter nobis in memoriam revocari Christum semel fuisse pro nobis oblatum in cruce, sed sacram illam unitatem nobis sanciri, qua fit, ut mors ejus sit nobis vita, nempe dum insiti in ejus corpus vere ab ipso alimur, non secus ac cibus ac potus corpora nostra vegetat.

Convenit etiam reipsa et efficacia Christum implere, quicquid analogia fidei et rei signatae postulat, ideoque vere in Coena nobis offerri communionem cum ejus corpore et sangvine vel [quod idem valet] nobis arrham sub pane et vino proponi, quae nos facit corporis et sanguinis Christi participes.

Restant Capita, de quibus, vel quid sentiendum sit, vel quomodo loquendum, nondum plane liquet.

Quisquis autem sano rectoque judicio praeditus simul compositum affectum et sedatum offeret, fatebitur solum *de modo edendi esse certamen*. Quia palam et ingenue asserimus Christum fieri nostrum, et quae possidet bona nobiscum deinde communicet, ejus corpus quoque non modo semel fuisse datum in salutem nostram, cum ad expianda peccata immolatum fuit in cruce, sed quotidie nobis in alimentum porrigi, ut dum ipse habitat in nobis, bonorum etiam ejus omnium satietate fruamur; vivificum deinde esse tradimus, quia vitam suam nobis inspirat, non secus atque ex

panis succo vigorem trahimus. Ergo prout diversa edendi ratio constituitur: ex fonte hoc oriuntur lites.

Nostra autem Definitio est: corpus Christi comedи, quia spirituale alimentum est animae. Rursus alimentum a nobis vocatur hoc sensu, quia ex comprehensibili Spiritus virtute nobis vitam suam inspirat, ut sit nobis communis, non secus, ac e radice arboris vitalis succus in ramos se diffundit, vel a capite in singula membra manat vigor. In hac Definitione nihil captiosum, nihil obscurum, nihil ambiguum, vel fexiloquum. Quod autem quidam hac dilucida simplicitate non contenti, volunt *Christi Corpus ore corporali comedи*, nec scripturae autoritate, nec veteris Ecclesiae testimonio nititur, ut mirum sit homines mediocri judicio et eruditione praeditos, tam pertinaciter de novo commento decertare. Quod docet scriptura, a nobis in controversiam minime vocatur, Christi carnem vere esse cibum, et sanguinem vere esse potum; quia et vere a nobis percipiuntur, et in solidam vitam sufficiunt; Hanc quoque communicationem in sacra coena exhiberi profitemur. Quisquis ultra urget, metas certas transbit. In verbo quoque *essentiali* consistere non est rationi consentaneum, quando de Sacramentis agitur, quibus peculiarem formam loquendi scriptura assignat; unde sequitur *sacramentali* modo debere haec verba exponi: *Hoc est corpus meum*. Item panis, quem frangimus, communicatio est corporis et sanguinis Christi, secundum perpetuum sensum sacrae scripturae; Deus enim perpetuo sibi similis est et eodem modo semper de Sacramentis loquutus est.

Porro, quod suspicantur quidam, subesse aliquod periculi, facile est huic timori obviam ire: quia *sacramentalis locutio* dicitur esse, figura veritatem everti putant; atqui tenendum est, figuram non pro inani spectro ponи, sed grammaticе sumи, ad notandam Methonymiam, ne quis putet ita simpliciter panem vocari corpus Christi, ut Christus ipse vocatur Filius Dei. Nomen ergo corporis figurate ad panem transfertur. Neque tamen figurative, ac si nudam et vanam corporis sui imaginem oculis nostris objiceret Christus, quia veritas a figura non extuditur [*sic!*]; sed tantum notatur discrimen inter signatum et rem signatam, quod conjunctioni non repugnat, si modo facessent cavillationes, ut in concordia quaerenda fieri debet et decet. Nihil est in hae docendi ratione odiosum, vel quod in sinistram partem trahi debeat, et tam sensu, quam usu communi semper approbata fuit. Inprimis obstaculum de corporis immensitate submovere necesse est. Nisi enim constet finitum esse, coeloque comprehendendi, nulla erit dissidii conciliandi ratio. Nam quod absurdum quibusdam videtur esse, non ubique est, ex quo divinitati unitum est, facile diluetur. Etsi enim naturae duae unam *Mediatoris personam* efficiunt, utrique tamen manet sua proprietas distincta, quandoquidem aliud est unio, quam unitas, nec de ea re disceptatum olim fuit. Quia vero omnium consensu receptum erat, Christum filium Dei Mediatorem et caput nostrum, sicut in gloriam coelestem semel est receptus, ita intervallo quoad carnem esse a nobis dissitum; divina autem essentia et virtute gratiae etiam spirituali Coelum et terram implere.

Hoc constituto, licebit admittere loquendi formas, in quibus nonnulli ob ambiguitatem sunt perplexi, sub pane vel cum pane nobis dari corpus

Christi; quia non substantialis unio corruptibilis cibi cum Christi carne, sed sacramentalis notatur conjunctio; haec autem controversia caret, apud omnes pios inseparabile vinculum esse signi et rei signatae in promissione ipsa, qua Deus nihil fallaciter ostentat, sed figurat, quod vere et re ipsa praestat. Porro frustra litigatur de corpore dupli. Mutata quidem fuit conditio in Christi carne, ubi in coelestem gloriam recepta, quicquid terrenum, mortale aut caducum erat, exuit, Interea tamen statuere oportet, non aliud corpus vivificum nobis esse, aut vere cibum posse censeri, nisi quod pro expiandis peccatis crucifixum est, sicuti et verba sonant. Idem ergo corpus, sed semel filius Dei patri in sacrificium obtulit, quotidie nobis in Coena offert, ut sit in spirituali alimentum.

Tantum de modo tenendum est, quod nuper attigimus: Non opus esse descendere carnis essentiam de Coelo, ut ea pascamur, sed ad penetranda impedimenta, et separandam locorum distantiam sufficere Spiritus virtutem. Interea non negamus, quod *Modus sic* humanae menti sit incomprehensibilis, quia neque naturaliter caro esset vita animae, neque a Coelis vim suam ad nos exerceret. Neque frustra Communicatio, quae res facit carnem in carne Christi, et ossa ex ossibus ejus, vocatur a Paulo *magnum Mysterium*, Ergo in Sacra Coena miraculum agnoscimus, quod et naturae fines, et sensus nostri modum exsuperat, dum Christi vita nobis fit communis, et ejus caro nobis in alimentum datur, modo, quaecumque Definitioni nuper positae repugnant commenta, procul facessant, qualia sunt de corporis ubiquitate, vel de occulta panis symbolo inclusione, vel de substantiali in terris praesentia.

Haec ubi tractata fuerint, emergit adhuc dubitatio de voce *substantiae*: cuius sedandae haec videtur esse expedita ratio, ut crassa imaginatio tollatur de mandatione carnis, ac si corporalibus cibis esset similis, qui ore sumpti, in ventrem descendunt. Nam ubi haec absurditas remota fuerit, non est, cur negemus, substantialiter non pasci Christi carne, quia vere coalescimus cum ipso in unum corpus per fidem, et ita unum cum ipso efficimur. Unde sequitur substantiali nos societate cum ipso conjungi, non secus ac substantialis vigor a capite in membra defluit. Definitio igitur statuenda erit, substantialiter nos fieri participes Christi: Non quod fiat carnis quaedam mixtura, vel caro Christi e coelis elicita in nos penetret, vel quod ore comedatur; sed quia non secus animas nostras vivificet Christi caro, quoad vim et efficaciam, ac panis vinique substantia corpora aluntur.

Aliud praeterea caput controversum est de voce: *spiritualiter*, a qua multi abhorrent, quod putant imaginarium quid vel inane notari. Ergo hic etiam succurrat Definitio, necesse est. Spiritualis ergo manducatio carnali opponitur, carnis autem videtur, qua putant quidam substantiam ipsam Xti in nos transfundi, sicuti panis comeditur. Ex opposito autem dicitur, spiritualiter nobis corpus Christi dari in Coena, quia facit arcana Spiritus Sancti virtus, ut, quae locorum spatio distant, inter se uniantur, ac proinde, ut e Coelo ad nos penetret vita ex carne Xti, quae vis et facultas vivificans non incommodè abstractum aliquod a substantia dici posset, modo sane hoc et dextre intelligatur, manere scilicet in Coelo Christi corpus, et tamen ad nos, qui in terra peregrinamur, vitam ex ejus substantia manare et prove.

nire. Quod quidem a nobis duplicem manducationem in scite confundi jactant, negamus in scitia nos praetermittere, quod sibi fabricarunt ipsi de sacramentali esu, quem nolunt esse substantiae carnis absque effectu vel gratia. Nihil autem tale vel scripturis proditum, vel Ecclesiae veteris testimonio suffultum est; nam certe veritas et res Sacramenti non tantum est applicatio beneficiorum Christi, sed Christus ipse, cum morte et resurrectione sua. Quare non dextri sunt interpretes, qui ab una parte Christum statuant vacuum omnibus Spiritus sui donis, omni que virtute; ab altera conjungunt eum cum spiritualibus donis et manducationis fructu. Quia non potest sine contumelia separari a Spiritu suo, non magis quam a se ipso divelli. Nec vero illis suffragantur Pauli verba: reos esse corporis Christi, qui indigne comedunt panem Coenae, quando reatus non adscribitur receptioni, nec usquam legitur, nec rationi consentaneum est, in damnationem unquam (?) cedere, quod Christum recipiant, sed damnantur, qui eum respouunt. Conveniat igitur de hoc quoque capite, sacramentaliter corpus Christi comedi, ab impiis non vere, nec re ipsa, sed sacramento tenus, ut Augustinus loquitur.

Haec Definitio explicat quaestionem, quid sit in Coena per fidem recipere corpus Christi. Quibusdam suspiciosum est nomen fidei, ac si veritatem et effectum everteret. Atqui longe secus accipere convenit, quia scilicet non aliter Christo conjungimur, quam si mentes nostrae mundum transcedant. Nostrae itaque cum Christo conjunctionis vinculum est fides, quae sursum nos ad tollit, et anchoram suam jacit in Coelo, ut in sua gloria potius quaeratur a nobis Christus, quam ut rationis nostrae figmentis subjaceat. Atque hac ratione optime sedari poterit et illud certamen, quod attigimus: soli ne fideles Christum recipiant, an omnes sine exceptione, quibus porrigitur panis et vini symbola? Recta enim et clara est solutio, quam posuimus, Christum omnibus generaliter corpus suum et sanguinem offerre, sed quia infideles januam claudunt ejus liberalitati, non recipere quod offertur; neque tamen inde colligere licet, illos dum respouunt quod datur, vel exinanire Christi gratiam, vel quicquam ex Sacramenti efficacia detrahere, quia eorum ingratitudine naturam suam non mutat. Contra nec panis, quatenus proponitur a Christo in arrham vel pignus, profanescit, ut a communi pane nihil differat, sed vere testatur Communionem cum Christi carne et sanguine.

Aláirva: Seniores Ecclesiarum in Hungaria et Transylvania, in Fide et Spirituali Corporis Christi manducatione Consentientes.

Itt következik az ágostai hitvallásuk felelete ily címmel alatt:

Responsio Nostra ad „Modum Concordiae“ Sacramentariis transmissa Undecimo Aprilis.

Salutem et Pacem in Domino! Accepimus Reverendi viri Scriptum D. V. per nuntios vestros ad nos transmissum etc.

Minthogy Dávid F. és a vele tartók viszonzásukban az itt elmondott érvekre is kiterjednek, közlésöket mellőzöm, csak megrovó végnyilatkoztatukat igtatva ide:

Cum non sint vestro conscripta haec Marte, cavete,
 Ne si forte suas, populus repetiverit olim
 Helvetius, plumas, moveat Cornicula risum
 Furtivis nudata Coloribus.

Dávid Ferencz és követői viszonzása a feleletre.

Responsionis Replicatio ad Nostros transmissa Duodecima Aprilis.

Spiritum Consilii et Pacis precamur. Reverendi Viri et Fratres in Christo
 dilecti!

Conditiones pacis, nos quidem pro zelo et animo salutaris Concordiae vere studioso transmisimus, easque ab aliis jam olim propositas in conspectum vestrum producere maluimus, quam ipsi aliquid novi gignere, hac praesertim de causa, ut non nostra, quorum aestimationem apud vos plane vilescere sciebamus. Verum quo animo exceperitis factum nostrum, Epilogus scripti vestri indicat. Cum tamen, si affectus in vobis non praedominarent, hactenus assequi potuissetis, nobis nec calatum, nec verba deesse. Sed et hanc molestiam etiamnum feremus. Interim vero uos diligenter et serio monemus nos ex eorum numero esse, qui libenter alias ex verbo Dei recte monentes, sequamur; Et quamvis hoc vestro judicio ceu furtum ac dolum accusetis: tamen id multorum piorum Patrum exemplis excusari posse judicamus. Vestrum igitur erat inquirere, non unde scripta transmittantur, sed quam sint verbo Dei consentanea. Quare adhuc declarabimus, nos pacis studiosos esse, Itaque ad singula capita scripti vestri respondebimus; Responsionem vero firmis scripturae sacrae et Sanctorum Patrum testimoniis confirmabimus, ut nobis Concordiae studium nequaquam defuisse manifeste appareat.

Cum autem Capita Responsionis vestrae sint novemdecim, idest: 19. ad ea ordine sic respondemus:

I. Primo: Nos in nostro illo scripto, non solum usum aut causam finalem Coenae, sed omnes causas substantiales et capita controversiarum comprehendimus: de Modo loquendi, de Mandatione corporis Xsti, de praesentia corporis et sanguinis, de piorum et inpiorum mandatione egimus, et omnia secundum scripturae sacrae normam exposuimus, addita honesta et legitima investigatione, quo modo, qui in defectu et excessu Coenae Dominicae peccant, corrigantur.

II. Quod autem vos Coenae Dominicae finem et usum hunc attributis, ut testetur de remissione peccatorum, et bonis, quae in Evangelio proposita sunt, accipimus et approbamus. Et hinc colligimus: si Coena Domini testimonium et symbolum est signatorum, non esse id ipsum, de quo testatur; vere enim Patres Justinus Martyr, Augustinus, Cyprianus, Tertullianus, Ambrosius, Theodoretus, aliud esse signum et aliud quod testatur, significant.

III. Tertio. Quod Sacraenta fide prodesse docetis, recipimus et approbamus, nam scriptum est: Verbum et Sacraenta sine spiritu et fide esse literam mortuam, et ad judicium sumi indigne aut sine fide. Cum

autem dicatis, fide prodesse Sacraenta secundum scripturam, sequitur, sine fide rem Sacramenti Christum, carnem Christi, et Novum Testamentum non sumi, nisi ab his, qui fidem adferunt, sicut Joh. 6. item prima epistola Corint. 11. scriptum est: Qui credit, ille manducat me, qui manet in Christo, ille Christi carnem manducat, sicut et Patres cum Christo loquuntur.

IV. Recte et pie cum Spiritu Sancto Transsubstantiationem panis in corpus Christi negatis. Id enim scripturae testimonia Matth. 26. Marc. 14. Lue. 22. I. Corinth. 12 refutant. Nam Christus, quod corpus dixerat suum et sanguinem, statim in ipsa actione et verbis Coenae signi materiam a signato distingvit, dicens: Hoc facite in mei commemorationem; Apostolus sic exposuit, I. Corinth. 11. Quoties panem hunc manducaveritis, mortem domini annunciatibitis, et Christus, quod sanguinem dixerat, statim vocat per *ω* εριγονοστην genimen vitis: hoc est vinum, ut ostendat panem in sua substantia et materia manere, conditione, usu, et officio appellationeque Ut Chrysostomus, Ambrosius, Clemens, Alexander, Justinus Martyr, Irenaeus, Theodoretus, Cyprianus, Origenes loquuntur, panem corporis Christi nomine insigniri, manente substantia. Hinc consulatis Papistas et cum Papistis eos, qui peccant in excessu, dicentes panem substantialiter esse corpus Christi, hoc est: substantialiam, formam, materiam corporis Christi habere, quod idem est cum Transsubstantiatione; aqua enim vinum facta est substantialiter id est transsubstantiata. Exod. 4. 5. Virga Mosis facta est serpens substantialiter id est transsubstantiando. Recte et localem inclusiōnem corporis Christi in panem negatis. Nam Christus praesens corpore in prima Coena cum Apostolis corporaliter, nec in panem corpus suum inclusit, neque ori Apostolorum ad comedendum carnaliter exhibuit: neque ulla ratione corpus secundum scripturas in Coelum receptum includi fragmento panis, et de Coelo detrahi potest. Unde colligimus impie somniare Papistas Transsubstantiatores, sub accidente panis, ore corporali corpus Christi promiscue ab omnibus manducari; scriptum est enim Matth. 24. 25. 26. Luc. 24. Act. 1. 3. Coloss. 3. Corpus Christi in Coelum receptum, ibidem manere usque ad tempora restitutionis omnium, ut cum scriptura omnes Graeci et Latini Patres loquuntur. Sancte etiam et orthodoxe ubiquitatem negatis corporis Christi; ea enim posita, universae scripturae, quae Christum semen mulieris, fratrem nostrum, nobis per omnia similem excepto peccato, et verum hominem affirmant esse, destruerentur et manifeste Eutychetis heresis confirmaretur. Sic totum salutis Mysterium aboleretur, quod per hominem Dei et hominum Mediatorem perfectum est. Unde recte colligimus, inepte et contra scripturae autoritatem et veritatem insanire, qui corpus Christi in infinitum extendunt, et ubique in omnibus locis corporaliter adesse nugantur.

V. De spirituali manducazione recte et sancte nobis subscrubitis, imo Spiritui Sancto; sic enim Joh. 6. 14. 15. Ephes. 5. I Corinth. 10. 12. unio nostra spiritualis describitur, quod sicut ex capite vigor spiritualis ad membra defluit et alit ea, et sicut vitiis suum vigorem palmitibus communicat, ita ex capite nostro Christo, id est ex carne Christi, tanquam ex perenni fonte spiritualia dona in promissionem per fidem, operationem Spir-

tus Sancti in nos credentes defluunt. Cum igitur spiritualis haec sit manducatio corporis Christi, sicut Joh. 6. salvator docet, impudenter errant Papistae Transsubstantionem ¹⁾, qui in pane et visilibus signis etiam sine fide nos participes fieri carnis Christi docent; recte enim et orthodoxe Patres omnes cum Christo docent, eos fieri participes corporis et sanguinis Christi, qui sunt ex carne et ossibus Christi Ephes. 5. qui sunt corpus Christi vel manent in Christo, ut Ephes. 4. Joan. 5. 6. 14. 15. dicitur. Cum ergo doceatis cum scriptura sacra et nobiscum, imo et cum Patribus, Justino, Clemente Alexandrino, Ignatio, Cyrillo, Augustino et Cypriano, fide spirituale corporis Christi manducationem fieri, fides autem, sicut cum scriptura piae memoriae Reverendus Dnus Philippus Melanth. Rom. 3. et 4. docet, relativae promissioni opponatur: dicimus et concludimus, carentes vera fide, carnem Christi non posse manducare, sicut Joh. 6. scriptum est: Caro non prodest quicquam, Spiritus est qui vivificat.

VII. Recte inter ceremonialem seu sacramentalem et spirituale corporis Christi manducationem distingvitis; idem enim Christus Joh. 6. docet: Pater de Coelo dat panem verum, Patres comederunt Manna et mortui sunt; qui manducat panem hunc [Carne in ea] ²⁾ vivet in aeternum. De ceremoniali sola sive spirituali dixit Apostolus I. Corinth. 11. Qui edit indigne, sumit judicium: sicut enim corpus sine anima cadaver mortuum est, ita signa sacramentalia sine suo spiritu vivificante seu signato, sunt mortua elementa. Sicut Augustinus Tom. 9. Col. 25. 26. in Jos. Cap. 6. in Psal. 35. 74. Libro Tertio de Doctrina Christiana, item Cyprianus, Tertullianus, Ambrosius, Chrysostomus et caeteri Patres cum scriptura docent: Res sacramenti nulli ad exitium, sed omnibus ob vitam est. Qui autem non manet in Christo, tantae rei Sacramentum ad judicium sumit. Et de Juda inquit Augustinus, Judas panem Domini, Apostoli panem Dominum manducaverunt.

VIII. Quae sequuntur immediate ex diametro pugnant cum his, quae supra ex scriptura posuistis. Nam nulla extat syllaba in scriptura sacra, nec in scripturis patrum orthodoxae fidei invenitur, quod caro Christi ore corporali manducetur. Ipse enim Salvator praesens in prima Coena corpus suum corporaliter Apostolis non exhibuit. Imo Capernaitas ore corporali putantes mandueandum esse carnem Christi, dupli argumento reprehendit. Primum: Oportet filium hominis ascendere in Coelum integrum in carne humana, ut Augustinus Epist. ad Dardanum 23. 57. 59. et patres omnes docent. Non igitur caro ejus comedи ore corporis potest. Deinde Spiritus est qui vivificat etc. Ex verbis igitur Christi colligimus eos Articulum de Ascensione destruere, inimicos corporis Christi esse, et spiritum carnis ejus et Coenam aboliri, qui ore corporis carnem Christi manducari contendunt.

VIII. Ubi negastis cum scriptura inclusionem et ubiquitatem corporis Christi, pie fecistis; sed hic obliti simul confessae veritatis, contrarium item adstruitis, scriptum est enim Matth. 24. 25. 26. Luc. 24. Actor. 1. 3.

¹⁾ Helyesen: Transsubstantiatores.

²⁾ Olvasható így is: mea. Nem világos.

Colos. 3. Philip. 3. et omnia symbola: Apostolicum, Athanasicum [sic!], Nicaenum, Patres denique omnes ab Ignatio usque ad Vigilium plus quam viginti octo manifeste probant, Christum secundum carnem ascendisse in Coelum et sedere in dextera Dei, et venturum esse in eadem forma, qua ascendit visibiliter. Ut Augustinus ad Dardanum Epist. 57 cum aliis patribus docet. Perperam igitur contra scripturae consensum destruitis carnis Christi veritatem, cum eam corporaliter in Coena adesse asseveratis.

IX. Cum dicitis uos Verba: *Hoc est corpus meum*, de nullo alio corpore intelligere, quam de vero et essentiali corpore Christi, fatemur et nos de pane praedicari corpus physicum, sed secundum scripturae de Sacramentis figuratae loquendi modum; nam sicut Christus nominatur panis et cibus, [non substantialiter et transsubstantialiter, quasi panis ex granis confectus esset], item agnus, petra, vermis, vitis, ostium, janua, nimirum figure, ita cum scriptura et Patres omnes, excepto Theophylacto et Damasceno, docent, nomine corporis Christi panem nuncupari. Sic enim et Dominus, quod corpus dixit, mox panem vocat, ut ostendat in pane Coenae duo consideranda esse: panem in sua substantia et materia, corpus vero dici methonymica appellatione. Sicut Genes. VI. Rom. 4. Dominus Circumcisionem vocat foedus, mox adjicit, esse signum foederis, signaculum justitiae fidei; et Petrus vocans Baptismum salutem, mox vocat aquam abluentem, testantem ablutionem peccatorum I. Pet. 3. Tit. 3. Ephes. 5.

X. Decimo. Contra veritatem scripturae, verba Coenae, hoc est Propositiones: *Hoc est corpus meum*, et: *hic est sanguis meus*, methonymice sumi negatis; nam signa et signata cum non sint eadem numero seu transsubstantiata more papistico, sed distincta, imo et in impiis separata, ut in dicto Augustini de Juda supra citato videre est, sequitur haec non posse praedicari simpliciter. Aliud sunt enim signorum existentia, aliud signata, sicut Deus Gen. 17. Rom. 4. Circumcisionem vocat foedus methonymice, mox pro signo foederis exponit, sic et Lucas cum Paulo Lue. 22. 1. Corinth. 10. 11. haec verba Christi: *Hic est sanguis meus*, methonymice et synecdochice exposuerunt. Sic: *Hoc poculum est novum Testamentum in meo sanguine*, Novum Testamentum, quod est sanguis, effectus pro causa exposuerunt: ita et patres omnes orthodoxae fidei, figure verba Coenae exponunt, maxime vero Augustinus, qui flagitium esse docet, nisi figure sumantur.

XI. Nos a carne Christi substantiam non abstrahimus, sed docemus cum Christo Joh. 6, cum Paulo I. Corinth. 10. effectum videlicet S. S. vivificantem; panem, vinum a causa carne et sanguine non separari, sed distinguvi; sicut Matth. 26. Luce. 22. 1. Cor. 11. Christus et Apostolus distingvit, dicens: *Hic est sanguis*, *Hoc poculum Novum Testamentum in sanguine*.

XII. August: Johan. 3. 6. 14. 16. Com. Tom. 9. Epistola ad Dardanum 57. manifeste docet Christum a nobis secundum carnem abesse, in uno certo Coeli loco contineri propter veri corporis modum. Idem Matth. 24. 20. Actor. 1. 3. scriptura cum patribus docet; sicut dictum est: Inique igitur hoc Augustino attribuitur, cum et ipse sacramentaliter in signo et Mysterio significandi modi, carnem Christi adesse docet, sicut et Tertullianus, Cyprianus et alii patres affirmant.

XIII. Cum postea dicitis: Nec diffundimus et in immensum extendi-

mus corpus Christi etc. iterum vos contradictioni implicatis et manifeste inter se sententias vestras in pugnam committitis. Nam protinus ubi substantiam corporis Christi in terra collocatis, in proprietatem humanae naturae incurritis, quae non patitur, ut unum corpus simul, et in coelo et in terra locetur, cum subinde in hunc scopulum inpingatis, appetet, quam infirmo fundamento insistatis, si enim non est infinitum corpus Christi [sicut non est], non igitur adesse substantialiter potest in pane et cum pane.

XIV. Unionem duarum disparatarum specierum vocat scriptura hypostaticam.

XV. Copulationem in una persona sicut caro et verbum in Christo sunt unum, sed cum caro et sanguis cum symbolis non uniantur in unam Hypostasim, perperam *Εργάσμενος* unionem substancialis signi et signati doceatis. Primo: Quod Luc. 22. 1. Corinth. 11. signa et signata distinguit, dicens: *Hoc facite in mei memoriam. Quoties manducatis panem hunc, mortem Domini annunciate.* In impiis autem prorsus fit divertitum signi et signati per illorum perfidiam; Judas enim [ut est supra dictum] sumpsit panem Domini, non panem Dominum. Impii sumunt judicium, non autem carnem, in quo vita residet. Joh. 6. Non est itaque consentaneum panem et vinum substancialiter uniri, unio enim duarum naturarum unius substancialis est. Hinc Transsubstantiatio Papistarum manifeste confirmatur, quae mutato tantum nomine, merito a vobis consubstantialis dici debet.

XVI. Copulationem et unionem signi et signati contra consuetudinem scripturae vocatis symbolum amoris, cum longo intervallo signum et signatum distent. Neque unquam scriptura rem Sacramenti Christum et carnem Christi signum beneficiorum partorum in carne vocavit, sed potius materiam et causam salutis Rom. 3. Joh. 1. 5. horum beneficiorum symbola vocat Sacraenta Rom. 4.

XVII. Ore manducari carnem Christi nihil ab opinione Capernitarum differt. Illi enim dicebant: Quis potest eum audire, quomodo hic potest dare carnem suam ad edendum? Sed huic opinioni occurrit Christus ipse Joh. 6. Verba — inquiens — haec spiritus et vita sunt, sic et patres omnes scilicet, docent, qui nos non nos, sed corda ad manducandum praeparare jubent. Et Cyprianus de Coena ait: caro Christi ore manducata nihil prodest.

XVIII. Christus Joh. 6. modum manducationis manifeste sic describit: *Hic est, qui manducat, qui credit in me.* Nec est ergo imperscrutabilis, et Paulus vocat carnem communicationem corporis Christi. Communio autem spiritualis est fidei et non corporis, sicut et vos superius testificastis.

XIX. Inique Apostolis et Patribus orthodoxae fidei tribuitis hanc assertionem, ut caro Christi a piis et impiis ore corporis sumatur; nam Joh. 6. scriptum est: Patres nostros Manna manducasse, non carnem Christi, et mortuos esse. Et Apostolus idem asserit cum Christo 1. Corint. 11. Qui panem hunc edit indigne, reus erit corporis Domini: Aliud est quod edit. aliud, cuius reus fit. Manducant impii panem, sed indigne, non dijudicantes corpus Christi, sed profanum et inutile judicantes cum cibo profano et impia superstitione confundentes peccant in corpus Christi. Hos enim duos abusus Apostolus taxat. Hinc ergo Patres omnes cum Augustino scriptura consentiente, sola fide, a solis credentibus in promissione carnem Christi

manducari. Dicendum: Boni sumunt corpus Christi, quod figuratur, mali Sacramentum in sui condemnationem: Augustinus Joh. 8. Tract. 26. Tom. 9. lib. 3. de Doctrina Christiana in Gal. 3. 77.

Haec nostra brevis Responsio est, ex qua intelligere potestis, quid inter nos controvertatur; vestrum nunc erit officium cathegorice et quidem sine aliqua longiore mora respondere. Undecunque vero id sumere velitis, siue ex Heshussio aut Brentio, nihil moramur, modo responsonem sacrae scripturae testimoniis confirmetis. Hactenus enim nihil praeter: *Hoc est corpus meum* — attulistis, in quorum verborum interpretatione multis quidem verbis vos negare affirmatis, re ipsa tamen et consubstantiationem et ubiquitatem corporis defenditis. Nunc igitur, ut post tam multa scripta ad apertam collationem veniatis, et coram nobis agatis, ordo justitiae et ratio disputationis postulat.

Aláirva: Seniores et Ministri Ecclesiarum in Hungaria et Transylvania, Qui corpus Christi fide et spiritualiter manducari affirmant. etc. ¹⁾

IX.

a)

SCRIPTVM FRANCISCI DAVIDIS ANNO DOMINI 1566. Ex eiusdem autographo transcriptum. ²⁾

b)

EIUSDEM FRANCISCI DAVIDIS RESPONSIO AD ARGVMENTA, QVIBVS HYPOSTASIN SPIRITVS SANCTI PETRVS CAROLI STABILIVIT. ³⁾

X.

Czimlap.

DE FALSA ET VERA VNIVS DEI PATRIS FILII ET SPIRITVS SANCTI COGNITIONE, LIBRI DVO ⁴⁾

Authoribus ministris Ecclesiarum consentientium in Sarmatia, et Transyluania.

I. Thessalonicensium 5.

Omnia probate, quod bonum est, tenete.

ALBAE IVLIAE.

